MISSALE ROMANUM

Diözese Brixen (möglicherweise in einem Dominikanerkloster), Wende 12./13. Jh. Seite 260r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

pigmentarii. In omni ore indulcorabitur quasi mel me-
moria eius. & ut musyca in conuiuio uini. Ipse est di-
rectus diuinitus in penitenciā gentis. & tulit abhomi-
nationes impietatis. & gubernauit ad dnm cor
ipsius & in dieb; peccatorum corroborauit pietatem.
In dieb; suis manauerunt putei aquarum. & quasi ma-
re adimpleti sunt supra modum. Qui curauit gentē suā.
& liberauit eam a perditione. qui preualuit amplifi-
care ciuitatem. qui adeptus est gloriam in conuersatione
gentis. & ingressum domus & atrii. Amplificatus est quasi
stella in medio nebule. & quasi luna plena in dieb;
suis lucet. & quasi sol refulgens. sic ille refulsit in
In illo t. Respondens Secundum lucam · templo dī.
zacharias dixit ad angelum. Unde hoc sciam. Ego sum
senex. & uxor mea processit in dieb; suis. Et respondens
angelus dixit ei. Ego sum gabriel qui asto ante dm.
& missus sum loqui ad te. & hec tibi euangelizare. Et
ecce eris tacens & non poteris loqui. usq; in diem quo
hec fiant. pro eo quod non credidisti uerbis meis. que imple-
buntur in tempore suo. Et erat plebs expectans zacha-
riam. & mirabantur quod tardaret ipse in templo. Egres-
sus autem non poterat loqui ad illos. & cognouerunt quod uisio-
nem uidisset in templo. Et ipse erat innuens illis. &
permansit mutus. Et factum est ut impleti sunt dies
officii eius. abiit in domum suam. Post hos autem dies
concepit elyzabeth uxor eius. & occultabat se mensib; quinq;
dicens. Quia sic fecit mihi dns in dieb; quib; respexit au-
ferre opprobrium meum inter homines. Lectio ysaye prophete